

*Fani, in eodem arcu in quo N. 104 (Grut. 165, 2; Borghesi opp. 3 p. 159 seq.).*  
 — 1) *Idem L. Turcius Secundus Asterius corrector Flaminiae et Piceni memoratus infra N. 729. Titulum ei positum ab Amiterninis dabimus infra inter senatorios. Pater eius Apronianus praefectus urbi fuit a. 359 (chronogr. a. 354), unde apparet hanc certe partem tituli non esse incisum ante a. 359. Priorem partem tituli Borghesius l. c. coniecit incisum esse non multum post mortem Constantini (d. 22 Mai 337), antequam filii Constantini Augusti appellarentur, id est ante d. 9 Sept. 337 (Idat.).*

**707** divo ac venerabili | principi Constantino, | patri principum | maximorum, | Fl. Creper[e]ius Madalianus<sup>1</sup> v. c., | praef. ann. cum iure glad.

*Romae rep. ad Tiberim ante ecclesiam S. Mariae in Cosmedin, nunc in Capitolio (VI 1151).* — 1) *Ad eundem Madalianum cum ageret vices praefectorum praetorio, data est a. 344 lex cod. Theod. 16, 10, 2; eiusdem est titulus Calamensis infra editus.*

**708** dominae nostrae Flaviae Augustae | Helenae, divi Constanti castissimae | coniugi, procreatrici d. n. Constantini | maximi piissimi ac victoris Augusti, | aviae dominorum nostrorum Crispi | et<sup>1</sup> Constantini et Constanti<sup>2</sup> beatissimorum ac felicium Caesarum, | Alpinus Magnus v. c. corr. Lucaniae et | Brittiorum statuit, devotus excellen[t]iae pietatique eius.

*Salerni (X 517).* — 1) *Vocabula punctis signata erasa, sed leguntur. Erasum autem est nomen Crispi et hic et infra N. 710 post caedem eius, a. 326.* — 2) *Constantius Caesar factus est d. 8 Nov. 325 (Idat., cf. Amm. Marc. 14, 5, 4). Positus igitur titulus inter a. 325/326.*

**709** dominae nostrae Fl. Iu[l]. | Helenae piissimae Aug., | genetrici d. n. Constan[t]ini maximi victoris | clementissimi semper | Augusti, aviae Constan[t]ini et Constan[ti] beatis[simorum] ac florentis[simorum] Caesarum, | Iulius Maximilianus v. c., comes | pietati eius semper dicatis(simus).

*Romae in ecclesia S. Crucis in Hierusalem, dicta etiam basilica Sessoriana, ibi prope rep. (VI 1154).* — *Titulus positus post caedem Crispi (a. 326), antequam Constantius Caesar factus est (a. 333).* — *Eodem fere loco prodierunt tituli cuiusdam positi ab ipsa Helena, spectantis ad thermas nescio quas, fragmenta (VI 1156), loco non ita longe distante, prope basilicam Lateranensem, prodit alter titulus Helenae positus (VI 1155); unde colligi potest fuisse hunc locum iuris Helenae. Id quod non nullius momenti est ad aestimandam fidem narrationis de ecclesia S. Crucis ex dono Constantini in palatio Sessoriano aedificata (lib. pontif., vit. Silvestr. 22, 41 cum nota Duchesnii).*

**710** piissimae ac veneravilli d. n. Faustae<sup>1</sup> Aug., | uxori<sup>1</sup> d. n. maximi | victoris Aug. | Constantini, no[v]aer[[cae]]<sup>2</sup> ddd. nun. | [Crispi]<sup>3</sup> Constantini | Constanti baeatissimorum [Caesarum, | re]sp. S[urrentin]or.

*Surrenti (X 678 cf. p. 4006).* — 1) *Faustae et uxori vocabula erasa, sed leguntur.* — 2) *Novercae vocabulum, quod in lapide fuisse coniecerat Mo., postea, quamvis erasum, paene totum agnoverunt F. de Duhn et ipse Mommsen. Constantinum et Constantium Constantino Magno natos fuisse ex alia uxore atque Fausta*